



Balthasar natus est in oppido Mülhausen ad Nicrum Sueviæ fluum. Ibi cum prima litera rū fundamenta iecisset, sese hinc inde ad uarias Academias contulit, atq; Iurisprudentiæ operam dedidit. Vnde cum feliciter pergeret, eius facultatis suprema insignia cōsecutus fuit. Erat etiam rara prudenteria et naturali facundia insignis. Itaq; Ferdinandus Cæsar hunc Balthasarum inter consiliarios admisit, atq; ducalis curiæ in Ensisheim Cancellariū cōstituit, anno 1551. In eo loco cum res sibi commissas magna dexteritate expediret, omnibus doctis innotuit, atq; Cæsari gratissimus fuit. Cū hoc modo egregiè pergeret, atq; patrios lares inuisere cuperet, præter expectationem anno 1558 ibidem obiit, atq; honorifice sepultus fuit. Ut etiam eius uirtutis posteritas memor esset, in Ensisheimēsii tēplo Balthasari insignia publicè suspensa, & præclara nominis & officij mētione facta, omnibus proposita supersunt. Anon.